ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: HRABANUS MAURUS. TURGOTUS DUNELMENSIS. PS. ORIGENES. HERIGERUS LOBIENSIS. RATRAMNUS CORBIENSIS. IOHANNES CASSIANUS

12. Jh. Seite 11r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36524
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



11

crucē suā cotidie et sequatur me. Hinc et diuitis de salute sua sollicite
querenti ipsa ueritas respondit dicens. Si uis perfectus esse uade uende
omnia quæ habes et da pauperib; et habebis thesaurū in celo et ueni sequere
me. Hinc ad apostolos ait. Estote perfecti sicut et pater uester celestis perfectus est.
Rursus sollicitis esse dicentes. quid manducabimus aut quid bibemus. aut quo
operiemur. Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater uester quia his omnib;
indigetis. Querite primum regnū dei et iustitiam eius. et hæc omnia adicientur
uobis. Vigilate itaq; omni tempore orantes. ut digni habeamini fu
gere ista omnia quæ ventura sunt. et stare ante filiū hominis. Amen dico
uobis. quia plorabitis et flebitis uos. mundus autem gaudebit. uos autem contristabi
mini; tristitia uestra uertetur in gaudium. Beati qui lugent nunc. quoniam ipsi consola
buntur. De qeni q opera danda. esaias ostendit dicens. Erit opus iustitiæ
pax. et cultus iustitiæ silentium et securitas. usq; in sempiternum. Item p
heremiam dicit. Bonum est prestolari cum silentio salutare dni. Bonum est
uiro cum portauerit iugum ab adolescentia sua sedebit solitarius
et tacebit. quia leuabit sup se. ponet in puluere os suum. si forte sit
spes. Dabit percutienti maxillam. saturabitur opprobriis. quia non repellet in
sempiternum dns. quia deleuit mouere pedes suos. et non quiescit dno non placuit.
Hinc et paulus ad thesalonicenses ait. Rogamus autem uos fres ut habun
detis magis et operam detis ut quietem sitis et ut uestrum negotium agatis et ope
remini sicut precepimus uobis. et ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt
nullius aliquid desideretis. De humilitate autem et mansuetudine atq; obedientia
ipse saluator in euangelio nos instruit dicens. Discite a me quia mitis sum et humi
lis corde. Omnis qui se exaltat humiliabitur. et qui se humiliat exaltabitur.
Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati mites quoniam ipsi possidebunt
terram. Et iterum. Non ueni inquit facere uoluntatem meam sed eius qui misit
me patris. Hinc apostolus ait. Xpus factus est pro nobis obediens patri usq; ad mortem
mortem autem crucis. et cetera. Hanc in libro regum samuel ad saul regem peccantem
ait. Huiusmodi uult dns holocaustum aut uictimas. et non potest ut obediatur uoci dni.
Melior est enim obedientia quam uictime. et auscultare magis quam offerre adipem
arietum. quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare. et quasi scelus idolatrie nolle adq
escere. De tribulationis autem tolerantia et patientia ipsa ueritas ait. In mundo disceptis
pressuram habebitis. sed estote fidentes quia ego uici mundum. In patientia uestra possidebitis ani
mas uestras. Et quia monachi opus est oratio et ieunium commendat hoc atq; comprobat ide
mediator dei et hominum cum suggillatum apostolos de demoniaco ab eis non sanato respo
dicens. Hoc genus a nullo potest exire nisi oratione et ieunium. Ecce monachorum ordinem
ac uitam cum ipse dns suis sententiis ac ypphetarum atq; apostolorum suorum scriptis comprobet
quis est qui eam reprehendere audeat. nisi qui insanis ore et corde est. et ob hoc legum; di contrarius
Non est quia leue erimen atq; minusculum peccatum uelle mendacem facere ueritatem.
et dum unusquisque fingere cum hoc quod ipse laudat iste nititur improbare. Sed si iste